46 Sic infernus spoliatur et Sathan destruitur,
Cum Jesus redemptor mundi sponte sua moritur,
Pro cuius amore care ~~et~~ escuius servitio
Martir pulcher rutilabis venturo iudicio.

Non iacebis tu sepultus hac in terra pessima,
Nec te tractent Saraceni, qui sunt quasi bestiae;
Pisani nobiles te ponent in sepulchrum patrium;
Te Italia plorabit legens epitaphium.

48 Erimus in domo tua fideles et placidi,
Et vivemus apud tuos tutores et ba~~x~~iuli;
Nullus unquam contra tuos levabit audaciam,
Quia tu care pro Pisa posuisti animam.

Non~~x~~ est mora, corpus findunt, et eiectant viscera;
Balsamum infundunt multum ~~et~~ et cuncta aromata,
Et componunt quadam capsa de ligno composito
Ut mater et coniux eum videant quoquo modo.

Hinc exarsit ira tanta is[a] et Genuensibus,
Quod non homo neque mutus neque quicquam penitus
Valet horum sustinere furores et fremitus.
Unde fit Saracenorum maximus interitus.

51 Sic irrumpunt omnes portas et Madiam penetrant,
Et accurrunt illuc prope, quo stat fera pessima,
Quae turbabat omnes gentes de sua perfidia;
Modo latet circumclusa in muris altissima.

[a] i.e. his

[illegible] fol. 62
ē (10!)
y